



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES
DE INTERDI-
CTIS RETINENDAE POS-
SESSIONIS EX TIT. FF. VTI POSSI-
DETIS ET VTRVBI.

AD QVAS
DIVINO FAVENTE NUMINE PRAESI-
DIBVS CLARISS. ET CONSULTISS. VIRIS D. Io-
hanne Michaële Cronenburgero Dictatore, & D. Io-
hanne Hollandt Fisco, SS. LL. Licent. in celeberrimo
Iuridicæ facultatis apud Agrippi-
nenses Collegio publicè re-
spondebit.

FRANCISCVS HENRICVS
à Scheidt cognomento Beschypfenningh.

*Anno redemptionis nostræ M. D. LXXXIII.
XIV. Calend. Iulij.*



COLONIAE AGRIPPINAE Hh
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

828



CONTINUATIO.

VT pro obtinenda possessione interdixit praetor, ita & pro eadem retinenda necessario subuenire debuit: (a) frustra enim (inquit Vlp.) (b) in possessionem mitteret, nisi missos tueretur. Subuenit autem potissimum Interdicto uti possidetis & utrobi.
(a) l. 1. §. est igitur ff. uti poss. (b) l. 1. §. 1. ne vis fiat ei qui in poss. miss.

THESIS I.

Interdictum uti possidetis est prohibitorium, (a) retinenda possessionis, (b) per quod possessionem rerum soli (c) nostram esse asserimus, & ne nobis vis fiat, quominus ut nunc possidemus, (d) ita possideamus (e) interdiciamus. (f)

(a) l. 1. §. interdictorum ff. de interd. l. 1. §. 1. ff. h. t. l. 1. §. 1. C. h. t. t. ne vis fiat ei qui in poss. miss. nullus est. (b) d. l. 1. §. est igitur §. retinenda. Inst. de interd. (c) d. §. 1. h. tit. V. V. cemb. in par. h. tit. (d) l. 3. §. Labeo ibi sicut nunc possidetis eas aedes h. t. vide Cuiac. 5. lib. obsereuat. 22. (e) l. 1. in princ. h. t. (f) Cuiac. in par. h. t.

II.

Vtrubi verò interdictum retinenda possessionis quidem est, (a) sed in eo tantum à superiore differt quod de mobilibus non rebus soli datur, (b) nec in praesens sed praeteritum tempus olim referebatur, (c) qua differentia hodie sublata, (d) vtriusque eandem vim esse inter omnes conuenit. (e)

(a) d. §. retinenda Inst. de interd. (b) tot. t. ff. vtrubi. (c) d. t. vtrubi, vide l. 1. §. interdictorum de interd. Paul. lib. 5. sent. cap. 6. in prin. (d) §. sed interdicto quidem Inst. de interd. d. tit. vtrubi. An exequatione vna affirmat. Menoch. de retinend. poss. rem. 2. num. 4. Cuiac. in par. C. h. t. Verum hic eam Iustiniano ille Vlpiano ascribit. (e) Bart. & Dd. in d. t. vtrubi.

III.

Quapropter interdictum uti possidetis explicabimus, ea praemonitione addita, ut quod de hoc dixerimus idem etiam de interdicto rerum mobilium iuris esse intelligi debeat. (a) Diuiditur autem hoc in directum, & vtile: Directum appellatur, quod pro vera possessione rerum corporaliū, ex ipsis interdicti verbis, redditur.

a) Donell. in d. rub. C. h. t. Menoch. d. remed. 2. num. 11. (b) c. quarelam de elect. glo. Bart. & Dd. in l. 1. ff. h. t. Bald. in l. vni. C. h. t. num. 15. Schneid. ad §. retinenda Inst. de interd. num. 5. Old. cl. 2. act. 4. (c) Dd. in d. locis.

IIII.

Vtile quod pro quasi possessione rerum non corporaliū ex interpretatione prudentum competit, (a) illud verò, quod de rebus mobilibus proponitur, quin directum dici debeat. (explosa iam olim Accursij) (b) sententia existimatis, res mobiles non verè, sed quasi possideri (c) non ambigitur. (d)

(a) quale

(a) quale semper est utile l. pen. si quadrup. paup. fec. die. Dd. in præced. th. alleg. (b) in d. §. retinendæ, & l. vn. vtrubi (c) text. in l. 1. §. Nerua filius l. si rem mobilem 47. ff. de acqui. poss. (d) Bart. in l. vn. in fin. & commun. Dd. teste Schneid. in d. §. retinendæ ad interdictū vtrubi num. 4. Menoch. de retinen. poss. rem. 2. num. 10.

V.

Vnde constat verissimam esse Dd. sententiam seruitutum quoque possessionem cōtinuarum saltem vel vrbicularum, (a) hoc interdicto vtili vindicari posse. (b) An & possessionem iurisdictionis vectigalium seruitutorum? Certè, (c) cum & earum causam continuam esse non insubtiliter defendi possit. (d)

(a) in rusticis enim & discontinuis alia interdicta obtinent vt de adm. act. priu. de aq. quot. (b) l. fin. ff. de seru. l. sicut 8 §. Aristo si seru. vind. & vtrubique. Duar. Idem Duar. h. t. V Vef. in parat. Bart. in l. 1. in prin. Menoch. de retinend. poss. remed. 3. num. 103 & seqq. Schneid. in d. §. retinendæ num. 6. Diss. Donell. in l. vn. C. h. t. num. 14 (c) Bart. in l. 1. ff. h. t. Menoch. d. rem. 3. num. 115 & seqq. Schneid. d. lo. num. 7. Diss. Donello d. l. num. 15. (d) Bart. d. l. & l. iusto 44 §. non mutat ff. de vsucap. Menoch. d. l. num. 120.

VI.

Eadem ratione pro quasi possessione libertatis hoc interdictum intentatur: (a) & de iure magistratū eligendi orta controuersia eiusdem interdicti interpositione sistetur. (b)

(a) Menoch. d. rem. 3. nu. 123. Borcholt de feud. c. 9. nu. 18. cum ibi alleg. Dd. licet Bald. eis iudicis officio succurri putet in l. 1. C. commun. de manum. per l. cum scimus §. caueant. C. de Agric. & censit. (b) Bart. in l. 1. §. huius autē interdicti h. t. Men. d. rem. 3. nu. 142.

VII.

Hoc loco & illa discutienda est quæstio, an hoc interdictum retinendæ pro recuperanda possessione quoque detur. Cuius negatiuam cum communi (a) contra plerosque (b) sustinebo.

(a) Azo in summa sua C. h. t. num. 11. Bart. in l. vn. C. ibid. num. 7. quos sequitur Cuiac. ad sententias. Paul. lib. 1. tit. 11. Donell. in d. l. vni. num. 28. quia possidenti datur th. seq. (b) Old. clas. 2. act. 4. V Vef. in par. ff. h. t. num. 5. Duar. ibid. & 1. disputat. 21.

VIII.

Datur porrò possidenti, (a) siue naturaliter tantum vel ciuilitè tantum, vel etiam vtroque modo possideat. (b) Possidere autem non solum dicimur, si ipsi rei incumbimus, sed etiam quando alius nostro nomine in possessione est, vt colonus inquilinus & similes. (c)

(a) l. 1. & passim h. t. Old. clas. 2. act. 4. Bart. in l. 1. in prin. h. t. Schneid. in §. retinendæ nu. 14 & seqq. naturaliter autem possidet vasallus emphyteuta vsufructuarius, l. naturaliter in prin. ff. de acq. poss. ciuilitè qui in mente retinet possessionem vt proprietarius dominus emphyteusis, cuius bona in absentia eius occupata sunt. Ias. & alij in l. 1. ff. de acq. poss. per tex. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas vbi gl. & Dd. d. t. (c) text. in §. possidere Inst. de interd.

IX.

Cuius occasione disputatur an hæredi, possessionis defuncti turbata nomine detur? Et cū
possessio

possessio nisi naturaliter adprehensa in heredem etiam suum (a) non transeat, (b) sequitur non posse cum de possessione cum altero contendere. (c)

(a) cum l. eam miles 30. ex quib. caus. maior. vig. de hered. qual. & diff. §. sui autē num. 4. Iohan. Goddæus in l. nihil est aliud in fi. de verb. sign. (b) l. cum hæredes 23. in princ. l. qui vniuersas 30. §. quod per colonum ff. de acq. poss. (c) Menoch. d. remed. 3. num. 56. & seqq. Schned. in d. §. retinendæ nu. 34. & seqq.

X.

E contra aduersus eum datur qui possidere se contendit, (a) & controuersiam possessionis aduersario facit. (b) Quæ ratione duplex appellatur, (c) par enim vtriusque litigatoris est conditio, (d) & vter possideat incertum, cum alteruter se magis possidere affirmet. (e)

(a) l. r. §. interdictum autem. h. t. (b) l. 3. §. hoc interdictū ibid. (c) l. 2. in prin. de interd. §. tertia diuisio Inst. cod. (d) d. §. tertia diuisio. (e) l. 1. §. inter litigatores h. t.

XI.

Nec interest vtrum ipse turbauerit, an verò eius mandato alter: (a) Quinetiam eo ipso quis turbare videtur, quod interdicto contra se reddito sese opponat. (b)

(a) l. is qui §. si tutoris vbi gl. & Bart. l. aut qui aliter §. qui hæc verba ff. quod vi aut clam Ferrar. in form. lib. pro turb. poss. in verb. animo & intentione turbandi num. 4. VVes. in par. d. t. num. 5. Schned. in §. retinendæ num. 20. & 21. Marant. part. 4. fol. 139. num. 15.

XII.

Duobus quoque in solidum possidentibus alteri aduersus alterum hoc interdictum dari IC. Vlp. (a) respondit, quem hac in re à Paulo (b) dissensisse non rectè (c) notauit Cuiaciu. (d)

(a) in l. 3. in prin. h. t. (b) in l. 3. §. ex contrario ff. de acq. poss. (c) vide gl. Bart. & Dd. in d. §. ex contrario & in d. l. 3. in prin. Schned. d. §. retinendæ num. 18. Donellus in l. vn. C. h. t. num. 6. (d) §. obseru. 22. cap.

XIII.

Controuersia verò possessionis fit dupliciter, verbis aut re, (a) verbis cum in lite de proprietate aliquis se possessorem dicit, nec aduersariū commodo possessionis vti patitur: (b) quocumque enim casu is actus prohibetur qui possessionis proprius est huic interdicto locus fit. (c)

(a) Schned. in d. §. retinendæ num. 41. Donell. in d. l. vn. C. h. t. num. 10. (b) l. 1. §. interdictum autem h. t. d. §. retinendæ. Donellus d. loco (c) pro regula adfert. Schned. d. l. nu. 40. Bart. in l. 1. §. huius autem interdicti h. t. text. allegans in l. vim facit II. ff. de vi & vi arm. l. 3. §. hoc interdictum h. t.

XIV.

Re multis modis turbatio contingit: (a) semper tamen requiritur, vt is sit actus per quē turbans transferre in se possessionem videatur: (b) Quare mihi non probatur Dd. sententia ex-

sta existimantium; eum etiam hoc inter dicto teneri, qui de possessione sibi acquirenda non contendat. (c)

(a) quos collegit. Men. d. rem. 3. num. 481. cum multis seqq. (b) ex natura duplicis iudicij. vide §. tertia diuisio Inst. de interd. (c) gl. Bart. in l. 1. §. huius autē interdicti h. t. Azo in summa C. h. t. nu. 11. Men. d. rem. 3. nu. 290. Ferrar. in for. lib. pro turb. poss. in verb. & presentialiter turbat num. 2. & 3. Donell. in d. l. vn. num. 11. Communem dicit Schneid. in d. §. retinendæ. num. 24. per l. 3. §. si vicinus h. t. à qua sententia post antiquos in gloss. d. l. citatos etiam recessit. Cuiacius §. obser. cap. 27.

XV.

Sed quamuis vt diximus duplex sit hoc interdictum, tamen (quo ad ordinationem iudicij, non quo ad substantiam) (a) actoris loco habetur, is qui primo prouocauit. (b)

(a) Inst. in l. duo iudices ff. de re iud. V Vcl. in par. nu. 5. (b) l. qui prior 29. l. in tribus 13. de iud. vbi gl. Bart. & Dd.

XVI.

Probare duo debet intentans hanc actionem: possessionem tempore turbationis, vel litis contestata quod idem est, & ipsam turbationem aduersarij.

§. retinendæ Inst. de interd. & not. per Bart. in l. 1. §. ait prætor circa fin. ff. h. t. fac. l. 1. §. interdictum autem l. 2. ff. cod. tit.

XVII.

Hoc de Iure Canonum aliter obseruatur, quo sufficit probare antiquiorem possessionem. Ea enim probata posterior violenta, vel clandestina presumitur.

c. licet ext. de probat. Ioan. And. in cap. sæpe ext. de rest. spol. Bart. in l. 1. §. ait prætor ff. h. t. Dd. in l. siue autem §. si duobus ff. de pub. iud. & l. 1. C. vti poss.

XVIII.

Sequitur, vt de officio Iudicis in hoc interdicto dispiciamus: quod in eo potissimum consistit, vt comperto possessore, eum possidere iubeat, (a) eum verò qui turbauit, in id quod interest nostra turbatos nos non esse condemnet. (b)

(a) l. 1. in pr. h. t. Non tamen ea sunt verba sententiæ, quæ in interdicto proponuntur, *Vti possidetis ita possideatis.* Menoch. d. rem. 3. num. 740. Donell. in d. l. vnica num. 18. (b) l. 3. in fin. h. t.

XIX.

Corpus tamen ipsum hic non estimabitur, id est quanti res est, de cuius possessione queritur, sed ipsa possessio, siue quanti interest possessoris possidisse sine interpellatione, (a) qua actio merito post annum non datur, (b) quia pœnalis. (c)

(a) l. 1. in pr. l. 3. in fin. h. t. l. in interdicto 6. de vi & vi arm. l. item si cum exceptione, 14. §. si quis non restituat, & §. quadruplatur autem, l. si mulier 21. §. qui possessionem, vbi Bart. quod met. caus. Bart. in d. l. 3. Menoch. d. rem. 3. nu. 286. Donell. in d. l. vnica nu. 21. (b) d. l. 1. in pr. (c) arg. l. si per alium, §. 1. ne quis cum in ius voc. vi exim. vbi glo. Bald. & Dd. Cuiac. V Vcl. in parat. ibidem.

Hos

XX.

Hoc loco definienda quoque illa quaestiones sunt: prima. An in heredes turbatoris hoc interdictum dandum sit? secunda. An de fructibus ante litem contestatam perceptis, is qui turbavit teneri debeat? priorem negativè, (a) posteriorem affirmatiuè (b) concludo.

(a) in poenam enim Haeres non succedit, l. constitutionibus 33. de obligat. & action. vide l. pen. de oper. no. nunc. l. supra iter. 11. §. apud Ferocem. de aqua & aq. plu. arc. l. in interdicto. 16. de vi & vi arm. Carol. Molin. in Labyrintho, de diuid parte 3. nu. 130. & seqq. (b) argum. l. in condemnatione 173. de reg. iur. l. restituere 75. de verb. signif. l. videamus 38. §. in fabiana. de vsur. Iohan. Fab. in d. §. retinendæ nu. 12. apud Menoch. d. remed. 3. nu. 289. vid. Cuius. 4. obseruat. cap. 11.

XXI.

Exceptiones obijci possunt violenta, clandestina vel precaria possessionis ab aduersario: (a) (Nam ab alio iuste vel iniuste possideat nihil refert, hoc enim ipso quod possessor esse plus iuris habet quam ille qui non possidet) (b) item praescriptionis annalis ex hoc interdicto. (c) De exceptione dominij dubitatur, an obijci possit, quibusdã affirmatiuã, alijs verò negatiuam tenentibus; (d) negatiuam crebriore calculo probatã, (e) defendam. (f)

(a) l. 1. ff. h. t. (b) l. iusta ff. eod. (c) d. l. 1. in princ. ff. h. t. (d) vide Menoch. d. rem. 3. nu. 671. cum seqq. (e) vt refert, idem Men. d. loco n. 676. (f) Bart. in l. si de vi §. vlt. ff. de iud. in l. naturaliter §. nihil commune num. 2. & in l. si de eo §. fin. ff. de acq. possess. Bald. in l. si quis conductionis 4. oppos. C. locat. Imol. & Aret. in l. si de eo §. vlt. ff. de acq. poss. Salicet in l. si quis ad fundum colum. 3. vers. sed tunc oppono. C. ad l. Iul. Pract. Pap. in for. lib. pro turb. poss. in verbo cessandum Angelus Aret. in §. quadrupli. num. 5. Inst. de actio.

XXII.

Illa quoque nullatenus omittenda est quaestio: An in futurum cauere aduersarius possessori debeat, se eum impediturum aut turbaturum non esse? quod frequentius, quibusdã refragantibus (a) negatum esse video. (b)

(a) Bart. in l. vnica. C. h. t. num. 1. Duar. in Comment ff. h. tit. & 1. disputat. anniuersar. cap. 21. Oldend clas. 2. act. 4. per l. pe. de aqua quotid. & æsti. l. cuiuscunque 60. de vsufr. l. si priusquam 15. de oper. no. nunciar. (b) Bald. in d. l. vnica nu. 2. Menoch. d. remed. 3. nu. 816. Cuius. ad Paul. 1. sentent. tit. 11. Donell. in d. l. vnica nu. 20.

XXIII.

Non tamen sine summa iuris & aequitatis ratione à DD. Impp. illud sancitum est, vt is qui in hoc interdicto obtinuerit, vel ad satisfactionem de Re conseruanda adigatur, vel in Aduersarium possessionem transferrì patiatur.

l. vnica C. h. t. ibi, ac satisfactionis vel transferendæ possessionis edicti perpetui forma seruata de proprietate &c. Bald. d. num. 2. Cuius. d. lo. Menoch. d. rem. 3. num. 812. & seqq. ad exemplum, l. diuus Pius §. de hæred. petit. l. ex libero 15. in fi. de quaestio. l. de bonis 6. in fi. l. quaeritur 14. de carbon. edict. l. 1. §. si frater cauere l. 2. in fi. de collat. bon. l. postquã hæres §. 1. vt legat. vel fid. nom. cau. Dissent. Bart. Duar. dd. lo. quibus accedit. Donell. in d. l. vnica num. 28.

Hac

XXIV.

Hæc proculdubio ita se habent, ubi vnus solus vel possidet vel possidere dignoscitur. Si verò vel plures possideant simul, vel vter eorum in possessione potior sit non appareat, maior difficultas est; officium autem Iudicis hoc casu erit, vt neutro victo Iudex vtrique pro parte dimidia possessionem rei controuersæ, pro indiuiso adiudicet.

arg. l. locus certus 26. acquir. possess. Duar. in Comment. ff. h. t. Donell. in d. l. vnica nu. 22. petitiõ communis possessionis communi diuidendo agent, l. æquissimum 4. de vsufr. nisi malint sua culpa sequestrationi causam dare d. l. æquissimum. vid. Menoch. d. reme. 3. num. 742. quietam enim possessionem inuicem sibi impediunt, vt de iudice quæsi non possunt, l. quotiens 34. de vsufr.

XXV.

Postremo non est ignorandum, ob turbationem non modo huius interdictis, sed & iniuriarum. (a) ex l. Aquilia, (b) quæ imò & criminaliter agi, (c) atque ad eam possessionem ingredi volenti, resisti, & ingressum incontinenti expelli posse. (d)

(a) l. iniuriarum §. vlt. de iniur. l. qui pendentem 26. de act. empti. (b) arg. l. 13 quod vi aut clam. Ferrar. in for. lib. de turb. poss. verb. ac præsentialiter turbat. (c) VVesemb. in parat. h. t. num. 6. Ferrar. in d. for. lib. verb. aliterque recusat. Gaill t. obs. 65. in princ. Menoch. d. rem. 3. num. 549. & num. 606. per l. pe. & vlt. ff. ad l. lul. de vi priu. §. in summa Inst. de iniurijs. (d) l. 3. §. cum igitur. de vi & vi arm. VVesemb. in parat. nu. 3. Fab. Schneid. in §. recuperandæ. Inst. de interd. Menoch. d. rem. 3. num. 29.

COROLLARIUM.

Numerum claudat difficilis & intricata illa quæstio: Vtrum ciuile hoc iudicium criminali præiudicet? (a) tum etiã Vtrum cū hoc retinenda possessionis interdicto, petitoriu iudicium cumulari possit? (b) ad quam in vtroque membro negando respondebimus.

(a) Menoch. d. remed. 3. num. 552. nec hinc refert, etsi vtrunque principaliter moueatur. tot. tit. C. quan. l. ciuil. act. crim. præiud. l. 4. de publ. iudic. l. 7. §. 1. de iniur. vid. Jatis. in l. 2. §. 1. vi bon. rapt. Cuius. in parat. C. d. tit. & 20. obser. cap. 25. VVesemb. in parat. de priuat. delict. num. 51. (b) l. 3. C. de interd. l. ordinarij, C. de rei vindic. gl. Bald. in d. l. 3. C. de interd. num. 2. & num. 9. Cuius. 7. obseruat. cap. 38. Menoch. d. rem. 3. num. 512. & seqq.

153255

AB: 153255


(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum





B.I.G.

Farbkarte #13



THESES
DE INTERDI-
CTIONIS RETINENDAE POS-
SITIONIS EX TIT. FF. VTI POSSI-
DETIS ET VTRVBI.

AD QVAS
NON FAVENTE NUMINE PRAESI-
CLARISS. ET CONSULTISS. VIRIS D. IO-
MICHAËLE Cronenburgero Dictatore, & D. IO-
HANNES Hollandt Fisco, SS.LL. Licent. in celeberrimo
Iuridicæ facultatis apud Agrippi-
nenses Collegio publicè re-
spondebit.

FRANCISCVS HENRICVS
à Scheidt cognomento Beschpfenningh.
pro redemptionis nostræ M. D. LXXXIII.
XIV. Calend. Iulij.



COLONIAE AGRIPPINAE Hh
EXCVDEBAT PETRVS KESCHDT.



820

